ANGELOMUS LUXOVIENSIS
Salzburg, St. Peter, um 850/859 Seite 39r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Ut eodem temporis articulo quo tunc adae peccanti ob
cluserat. Nunc latroni dn̄s poenitenti ianuā paradysi
reserarē. & qua hora primus adā peccando huic mun
do mortem inuexerat. eadem hora secundus adā mortē
moriendo destruerē. Sed quaeritur quare dn̄s hominis
peccatū p̄ se ipsū expiare uoluit & n̄ p̄ angelū. ideo quia
n̄ sufficiebat unius angeli meritū ad redēptionē totius
humani generis. Nec tantū sceleris incurris & diabolus
in nece angeli quantū incurrit in nece creatoris.
Abscondit se adam & uxor eius in medio ligni paradysi.
Iuxta litterā p̄ nimio pudore uel timore hoc fecer̄.
Sed quid est quod post meridiem. Nisi quia post lucem
paradysi ac felicitatis in huius scl̄i caliginosa mise-
ria se absconder̄. Spiritaliter uero in medio ligni pa
radysi se abscondit. quia uersus a preceptis creatoris
in erroris sui atq; arbitrii uoluptatibus uiuit. Uo
cauitq; dn̄s ds̄ adam & dixit ei. Ubi es. & rl̄q. Nūquid nā
diuina potentia nesciebat post culpā seruus atque
latibula fugerat. Sed quia uidit in culpā lapsū iam
sub peccato uelut ab oculis ueritatis absconditū. quia
tenebras erroris eius n̄ appbat quasi ubi sit peccator
ignorat. Eumq; & uocat & requirit dicens adam
ubi es. Per hoc qd̄ uocat signū dat qd̄ ad poenitentiā